

Ultimis Maji 1412
21/5

Ex Arch. Capis Vladislaviens.

139.

Literis Granitierum inter villam Szar-
zencino, et Bloge in Districtu Epocrensi
usque ad tres scopulos, qui limitant villas
seu wegielniki, videlicet Szarzenano, Szwo-
driszewicze, Smarzewicze, Stugocicze, et
Twarda, et tandem cum villis aliis Nobilium.

31

Nos Bartolus De Chastinowicze Subamerarius
Sandomiriensis notum facimus tenore presentium
quibus expedit, universis, quod per Nobilem Vi-
rum Jasconem Radwaniski Camerarium nostrum
in Districtu, seu territorio Epocrensi, ac per mi-
nisterialem, seu officialistam dictum Loboda
receptos De Judicio Terrestri in Epocrene iuxta
Juris formam, et consuetudinem limites, gra-
nities, ac monticulos inter villam dictam Szar-
zencino Ecclesie, et Capituli Vladislaviensis ab
una; et villam Bloge Strenui militis Domini
Dobeslai heredis parte ab altera fieri feci-
mus, et mandavimus de voluntate, et consensu
Partium predictarum perpetuis temporibus
duraturas modo infra scripto, videlicet; quod hu-
juscumodi limites, et granities, ac monticuli fa-
cti sunt inter villas predictas Bloge, et
Szarzenano incipiendo super ripam fluvii
Piloza, ubi dictus fluvius Piloza intrat, flu-
vius, seu rivulus Bloge, ascendendo superius di-
ctum fluvium Bloge per sylvam progredive,
que Bliri nuncupatur, et ab inde per bor-
ram, et mericam non remote a dicto fluvio
Bloge postquam ascensum fuerit per
borram, et mericam ultra campos villa Szar-
zencino.

218
219

tenendo ipsos campos non tangendo usque
ad viam, que ducit, de villa Sazencino ver-
sus Bloge, tunc ulterius per eandem borram
et mericam progressive non tangendo in ali-
quo campo utriusque villa ram Bloge, quam
Sazencino, sed progressive per borram versus
molendinum villa Trebatow, quod jacet super
fluvium Trestha, et tenendo ad manum sini-
stram viam, que ducit de Sazencino versus vil-
lam Twarda quousque fuerit deventum ad
locum circa eandem viam, ubi tres monticuli
magni, in vulgari Kopire, seu wagielnire sunt
facti, qui limitant, seu dividunt villas Ecclesie
et Capituli Vladislaviensis Sazencino, Swodri-
szeniore, Smargeuore, Slugoziore, et Twarda
ab una, et villas Dominorum Dobeslai de Blo-
ge Pincerne Siradiensis, et Michaelis de Ra-
duna, Bloge, et Trebatow parte ab altera, et
demum continuando predictum parietem, et in-
cipiendo a dictis tribus magnis monticulis
limites, et granicies, seu monticuli per pre-
fatum Jacconem Radwaniski Camerarium no-
strum, et ministerialem, seu officialem Lobda
facti sunt progressive versus molendinum Do-
mini Michaelis de Raduna, quod jacet super
fluvium Trestha, et inferius dictum molendi-
num posttransiendo dictum fluvium Trestha,
et statim super ripam dicti fluvii Trestha
tenendo fluvium ad manum dextram ascen-
dendo superius dictum fluvium Trestha su-
per ripam ejusdem fluvii per borram, me-
ricam, et sylvas usque ad opposito villa
Trebatow, et ulterius progressive ad mon-
ticulum.

tunc in vulgari uongietniza, qui Di-
 dit villas Trebatow, Zaiarukhowo, seu Zaiar-
 ukhowska wola, et villam Ealesie, et Capituli
 Vladislaviensis dictam Twarda. Si que pro-
 fici monticuli, granicies, et limites, ut premit-
 titur, facti iuxta Juris formam, et terre
 consuetudinem dividunt, et limitant villas Ealesie,
 et Capituli Vladislaviensis Garzenans, Surodrisreuire,
 Smargouiere, Slugouiere, et Twarda ab una,
 et villas Dominorum Dobeslai de Bloge, et Michæelis de Raduna Militum
 predictorum de Bloge, et Trebatow parte ab
 altera. Quosquidem limites, et granicies, ac mon-
 ticulos per Jasonem Radunski Camerarium
 nostrum, et Lobodam ministerialem, seu Officiali-
 tam in Oporno, sic ut premittitur, factos, et
 annotatos tenore presentium approbamus, et
 confirmamus perpetuis temporibus ualituros.
 In cuius rei testimonium presentibus Sigillum
 nostrum est appensum. Actum, et Datum ibi:
 Dem circa limites supradictos, Sabatho in vigi-
 lia Pentecosten, Anno Domini 1412. Presenti-
 bus iis Dominis circa limitationem supra di-
 ctam, Petro de Widawa iudice, Jacobo Sub-
 camerario, Swantoslav Subiudice Sivadientibus,
 Prandota Subiudice Lanciensi, Chobda de
 Kewesch, et Stanislas de Drubiere, et aliis
 quam pluribus fide dignis.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]